







1431

John
Hely-Hutchinson.
Chippenham Lodge.
Ely.
19 48

DM
NON EGO ARGENTO
SED ARGENTVM BONO
ET AMICIS MEIS

1431

Q. D. B. V.

POLONIAM
IMPERIO ROMANO GERMANICO
NUNQUAM SUBJECTAM

CONSENSU

INCLYTI JURISCONSULTORUM ORDINIS

IN ARGENTORATENSIVM UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

DIGNITATEM DOCTORALEM IN UTROQUE JURE

RITE CAPESSENDI

LUDOVICUS GUILIELMUS FERGUSON TEPPER

VARSOVIENSIS

DIE XXIX. APRILIS A. R. S. MDCCLXXXIX

SOLEMNITER DEFENDET

H. L. Q. C.

ARGENTORATI, Typis Joh. Henrici Heitz, Univerf. Typogr.

STANISLAO AUGUSTO
DEI GRATIA REGI POLONIAE
MAGNO DUCI LITHUANIAE RUSSIAE
PRUSSIAE MASOVIAE SAMOGITIAE
KIJOVIAE VOLHYNIAE PODOLIAE
PODLACHIAE LIVONIAE SMOLENSCIAE
SEVERIAE ET CZERNICHOVIAE

REX CLEMENTISSIME

*A*udet *TUIS* sub auspiciis in publicum prodire
exiguus hic libellus, non sui fiducia, sed *TUA*
indulgentia fretus. Temerarium meum conatum esse

A

*judicabunt omnes, qui TUUM excelsum animum non
norunt. Regibus enim, nonnisi quod elaboratum
ingenio et perfectum industria est, offerri debere dicunt;
sed TU, OPTIME PRINCEPS, ad Supremi
Numinis exemplum, non muneris valorem, sed offerentis
pietatem respicis. TU liberam Rempublicam prudentia
et consilio regis, quam nulli extraneo imperio subje-
ctam fuisse, libellus hic docet. Quanta fortitudine
Poloni pugnauerint et Germanici Annales testantur;
TUUM quoque fortem animum rebus in adversis vidi-
mus; cum enim TE ab hostibus TUIS captum lugerent
boni omnes, sanctum aliquid TIBI inesse, quod vel
inter infensissimorum adversariorum minas et tela TE*

tutum praestet, genti TUAE probavisti. Literas non tantum TUO potentissimo patrocínio foves, sed et IPSE literatissimus PRINCEPS es; TIBI Musae flores spargunt, linguae puritatem, mores integritatem debent. Denique et beneficentissimus REX es, qui gratiam TUAM ad patrem usque meum extendisti mihiq̄ue permisisti, ut REGIO TUO NOMINI studiorum meorum primitias consecrarem. SERVET DEUS OPTIMUS MAXIMUS REGIAM TUAM MAJESTATEM ET AUGUSTAM POLONORUM REMPUBLICAM AB OMNI PERICULO SARTAM TECTAMQUE. Ad sis prudentia TUA quam diutissime fortissimo populo et serus in coelum

*abeas, ubi TUUM splendorem inter benefica sidera
totus orbis mirabitur. Haec vovet*

TUAE MAJESTATIS

HUMILLIMUS SERVUS

LUD. GUIL. FERGUSON TEPPER.